

AD 1698-13  
**IOANNIS**

**NTISCI IEL. S. POLO.**  
atoris, ad Clem. VII. Pont. Max. & Ca  
V. Imp. Aug. de nostrorum temporum  
atibus SYLVA, Bononiæ ædita.  
Decemb. M. D. XXIX.

**NIS SECUNDI HA.**  
de Pace dudum Cameraci confe-  
ta, ac Caroli. V. Imp. corona-  
tione, Carmina.

**HNG. ANDREÆ RESENDII**  
Lusitani, Encomium vrbis & aca-  
demiae Louaniensis.



## AD LECTIONEM.

Quum noua delectent, noua Lector Sarma:  
Edidit in Latio car<sup>o</sup>, nonne placent?  
Si re non alia, placeant nouitate, quod ante  
In Latio Vates sarmata rarus erat.  
Naso Tomitanas quondam datus exul ad org<sup>o</sup>  
Edidicit Gethice, Sarmaticeq; loqui.  
Hesperice sic forte loqui, dum missus ut rau<sup>sic</sup>  
Fiesperiam peragro, me didicisse put<sup>e</sup>.  
Si quid mestigitur, ter sumue, minus ue pol<sup>t</sup>.  
Hanc ueniam iusta cum ratione dabis.  
Extorsit faciles numeros miserabile tempus,  
Quo tanto rerum turbine cuncta fluunt.  
Si de Castilio non spirant fonte liquores,  
Nec redolent Phœbum, Pieria<sup>um</sup>ue choros  
Ne contemne tamen, sed rem perpende legendo,  
Quum sensum teneas: nil ego uerba moror.

Rande Sophoclae quicunq; poema cothurno  
 Concipit, Heroum gesta superba canit.  
 Exornat claris sua carmina celsa triumphis:  
 Hippocrenæis tingit & illa uadis.  
 Tem m materiam fœlicem lata ministrant,  
 Vatis & ingenio carbasa plena ferunt.  
 Hac mihi sed misera sub tempestate uolenti  
 Scribere, se tristes exhibuere modi.  
 eq; mihi sparsis offert Elegia capillis,  
 Et moesto quæstus mittit ab ore graues.  
 Omnia plena metus, horroris & omnia plena,  
 His lachrymans numeris præcinit imparibus  
 His uos ô Clemens, & Carole, lumina prima  
 Vos duo compello: sub quibus orbis agit,  
 Fas mihi sit uenia cum uestra pauca profari:  
 Tempora quæ pro re dicere nostra iubent.  
 Ipse licet taceam, non res afflicta tacebit:  
 Qua Christi passim grex, & ouile perit.  
 Crimina quandoquidem meruerunt nostra malorum  
 Hanc Lernam, nobis monstra tot unde nocent.  
 is, bella, fames, incendia, præda, rapinae:  
 Inficiunt nostro quicquid in orbe manet.  
 Pax & Amor, Virtus, & Honesti recta cupido:  
 Cumq; Pudore Fides turpiter acta iacent.

## S Y L V A

Relligio, Pietas, Timor, & reuerentia Diuum:

Inter mortales uix manet ulla magis.

Succreuere dolus, liuor, priuata simitas,

Fraus, odium, rabies, ira, libido, furor,

Seditio, uis, insidiæ, corruptio legum,

Impietas, superum peneq; nullus honor.

Hinc male qui regitur, plebs percita frena remorde:

Cœpit, & in Reges non semel arma suos.

Non opus est cædes, & prælia dira referre,

Testis adhuc Rhenus, testis Iberus erit.

Fastus, auaritiæq; lues, insanitatem multos

Ambitio, contra fasq; piuinq; rapit.

Ex his tot casus: & mille pericula rerum

Proueniunt, hæc sunt ad mala multa Duces.

Oppida magna sub his: & regna perire uidemus,

Ruraq; multa suis orba iacere satis.

Non tamen erigimur: nec adhuc grauiora timemus.

Quæ dabit offensi plaga futura Dei.

Hunc pauci metuunt, & amant, uix unus & alter:

Qui nunc Europe sub regione sumus.

Hinc sunt tot sectæ, quas hæresis atra notauit,

Per quas Christicolis magna ruina uenit.

Fit minor assidue fidei Respublica nostræ

Quod quo deberet lumine, nemo uidet.

Prætereo priscis quæ sunt amissa diebus,

Quum Christi clarum nomen ubiq; fuit.

Quam

## SYLVA

quando quidem tunc in terram transuerat omnem,

Quod nunc in nostro noscitur orbe parum.

Hic ego non urbes Asiae, nec perdita regna

Commemoro, nostris nunc nimica sacris.

Nec Libyæ gentes, pietatis iura professas,

Quas modo Mahometi possidet atra lues.

Caucaseos populos, & caspia litora linquo

Quæ tenuit nostræ religionis amor.

Aut quos Amurathes, quos aut Payzetus adegit,

Sanctam baptismi linquere fontis aquam.

Ad nostros uenio, quos si reputabimus annos,

Emittent lachrymas saxeæ corda piæ.

Græcia sub patrum nostrorum tempore uicta,

Turcaico seruit, subdita facta, iugo.

Quis posset paucis, tot bella cruenta referre,

In quibus ex nostris militia multa iacent.

Vt mittam reliquos, quorum non parua caterua

Sub signo fertur succubuisse crucis.

Quem non commoueat clades Varnensis, in illa,

Ille mei Regis patruus occubuit.

Hinc Bizantina tot cædibus Urbe subacta,

Turcarum uis est semper aduicta magis.

& hostilem discordia nostra furorem,

d nos a Syris quem procul egit agris.

Perfis, & cum, quæ bella fuere, Sabæis,

Aut cum Niliacis, sat puto nota, uiris.

Ladislaus  
Vngarie &  
Polonie rex

S Y L V A.

His, quum sciretur nos dissentire, reliquis,

In nos armorum uis ea mota fuit.

Collectis igitur non paruis uiribus hostes.

In ripis Histri continuere pedem.

Et prope Taururum, Belgradum quod modo dicunt,

Fixerunt certis plurima castra, locis.

Sulphureo Tonitru manibus formata Cyclopum

Proiecit crebros ærea canna globos.

Oppugnabantur confractis moenia muris:

Mansit & intactum, quod potuere, nihil.

Arx in Pannonicis non est munitior oris:

Inter uasta duo flumina septa tacet.

Vnam Danubius partem, reliquam celer ambe

Sauus, ubi fluuio cum potiore coit.

Hæc contra Turcas inuicta manere solebat.

Abstulit his uno millia multa die.

Qua de re furor hostilis: tum fortiter acrit

Cum studio, ceptum continuavit opus.

Suppetias tandem fessis quum nemo ferebat,

Arx fuit hostili capta subinde manu.

Eloquar: an fileam: nobis stertentibus ing

Nostra ceperunt ex ditione Rhodum.

Clara Rhodus fuerat seps: qua trux dente Lycaon

Non poterat Christi semper obesse gregi.

Hac modo per fracta, penetralia tentat ouilis,

Quod nisi sit qui defendat: & huius erit.

S Y L V A.

Tos intestinis nihilominus omnia bellis

Miscuimus, nec adhuc exitus inde datur.

Hostibus hinc animus, grandisq; potentia creuit,

Climata qua mundi iam potiora tenent.

His neq; contenti, quod adhuc superesse uidetur,

Donec in hac stamus seditione, petunt.

Vtraq; iampridem quum Myria pareat illis,

Vicinisq; uolunt imperitare locis.

Ingens Sarmatiæ tentarunt subdere Regnum,

Afflictum toties quod fuit ante satis.

Vasta iacent: quoniam fœcunda Podolicarura,

Quæ fuerant Siculis fertiliora iugis.

Magnanimis hæc quum suberant integra Polonis,

Suppetias & opes hinc habuere suas.

Terra ferax Cereris, pecoris, nutrix & equorum

Præpetium, genitrix belligerumq; virum,

Nunc deserta perit, paucis habitata Colonis,

Hostibus & cunctis peruvia facta patet.

Huc ab Hyperboreis gens barbara confluit oris:

Et quæ Riphæa sub niue dura riget.

Huc simul Euxini proficisciunt accola ponti:

Cum trucibus Bessis: gens truculenta Getæ.

Tartaricis dedit his populis puto nomina Pluto,

Per quos iam teritur Sarmatis ora diu.

Dalmata, Thrax, Macedo, Lacedæmō, Phryx et Achis

Qui Turcæ nostro tempore nomen habent.

Sarmatia  
quæ nunc  
Polonia

S Y L V A

Huc etiam, quum sint uicint, saeptus intrant,  
Et desolarunt quicquid ubiq; fuit.  
Hinc nuper fines bis vastauere Polonus,  
Annus quum nondum rite peractus erat.  
Oppida cum pagis crudeliter igne cremarunt,  
Mactantes cunctos qui renuere capi.  
Post captiuorum densas duxere cateruas,  
Quorum Myriades tres numerasse ferunt,  
His inerant pueri, iuuenes, teneraque puellæ,  
Matronæ tremulae, decrepitiq; senes.  
Res miseranda quidem, succurrere nemo ualebat,  
In subditis fieri casibus ista solent.  
Ut cursu uenere cito, rediere, statimq;  
Dispersus cogit Miles ad arma nequit.  
Hoc ita uictores uno facti bis in anno,  
Sic ad Threicias bis rediere domos.  
Et sibi quos dicunt hoc nostro tempore Moscos,  
Fœdere iunxerunt, terribilesq; Scythes.  
Qui gelidum Tanaim, uastiq; Borysthenis undas,  
Quiq; uel ex rapido Phasisidis amne bibunt.  
Quicquid est hoim quibus indunt tartara nomen  
In nos coeperunt hostica signa sequi.  
Quod rex Sarmatiæ, quo nec pietate, nec armis  
Clarior expendens, arma parare iubet.  
Sed quum se uidit tot cingier hostibus impar,  
Noluit anciptem Martis mire uiam.

Subslo

bſidium prius, at næ quicquam ſæpe pettuit.

Hinc ter in Hesperia posteriore fut.

Quum tamen his bellis nunc Gallus, nunc & Iberus

Ferueret, & Latiae diriperentur opes.

Nec foret auxiliī ſpes ulla, ſed acrius inter

Chrifticolas rabies cresceret illa magis.

Ne temere bellum gereret tot ſolus in hostes:

Et feram uictus quereret exul opem.

Tractauit potius certam pro tempore pacem,

Quam ſub præcripta conditione tenet.

Huic paci uoluit Rex prudens tunigere Regem,

Qui tenera rex tunc duo ſceptra manu.

Huncq; ſuum monuit toties ex fratre Nepotem,

Posceret ut tanto pacis ab hoste modum.

Consilio tamen Hunnorum parere ſuperbo

Maluit, hoc fretus, ductus ad arma fuit.

Hoc inſelicem conflictum fretus iniuit

Inq; iuuentutis flore cadens periit.

Etc fuit in fatis, quæ non uitantur ab ullo,

Præteriit nemo quem statuere diem.

Quam misera fuit tum cædes Rege perempto

Quim ſit nota, uerat commemorare dolor.

Tot proceres, ſacrīq; patres, quos insula texit.

Pugnantes, diræ ſuccubuere neci.

Tunc nihil in uictos crudelis uictor omisit

Quod ſuafit rabies, impetus, ira, furor.

Ludouicus  
Vngarie &  
Boemie rex

## S Y L V A

Grassatum fuerat per rura, per oppiaa passim,

Incensæq; domus pauperis agricolæ,

Buda caput regni direpta, cremataq; tota:

Parsum structuris sed tamen arcis erat.

At prius euersum Varadinum nobile castrum

Cum reliquis: quæ non enumerare uacat.

Trans eo quæ fuerat per Turcas ædita strages

In plebem, uel quot diruta templa iacent.

Milia quotue hominū fuerant abducta per Histrum,

Tendentes uinctas, mente sub astra manus.

Collachrymare libet, plorantem cernere turbam

Me reor, ut durum fertur in exilium.

Perculerant tamen ista parum nos ore professos

Christum, quem raro pectora nostra colunt.

Inde sed irrepsit regnandi dira cupido,

Pannonia motus dans in utrāq; nouos.

Qui nuper totum traxere in prælia mundum:

Quorum tam subito, non puto, finis erit.

O miseram, nostro male quo sic uiuitur ævo

Pannoniam, cunctis quæ data præda genus.

Hoc quod atrox hostis fecit, facit hoc & amicus,

Ex omni misere sic modo parte ruis.

Quos tu fecisti: te diripit impia Regum

Ambitio, quorum sæua per arma peris.

Tertius accessit, qui prælia tanta diremit,

Et trux hostibus his, hostis, utrisq; nocet.

Obsedit

sedat pulchram: multa cum gente, Viennam,  
Austriacos late depopulatus agros.

Ante sed a uictis, ui sceptrum ceperat Hunnis:  
Quos nunc omnimoda sub ditione premit.

Equauitq; solo Budam: delecit & arcem:

Liquerat intactam quam pietate prius.

Occidit tamen hic omnes quos uiuere nouit,  
Dicitur in multis hocq; patrassè locis.

Non etas pueris, sexus, nec forma puellis  
Prosternit, hostili quin caderent gladio.

Sacra, sacerdotes, ædes, diuumiq; figuræ:

Quicquid ibi nostræ religionis erat  
Interiere simul Regno cum Rege subacto

Quem uictor dederat: unde tributa capit.

Ad præsens hyberna sua cum gente petiuit:

Non procul a nobis tempore Veris erit,

Præfidiis abiit siquidem per castra relictis:

Quo cum maiori ui remeare queat.

Hæc reputa laceri Clæmens bone pastor Oulii.

Qui nunc cum magno Cæsare iunctus ades.

Hæc perpende precor: demittas cor & in altum:

Nam res officio conuenit ista tuo.

Ex animis Regum contracti tolle uicissim

Si quid adbuc odii: q; reor, intus habent.

Corruptasq; nouo repar a munimine caulas,

Et duc palantes ad fatala greges.

Ad P̄tificē  
maximum.

Non lu

## S Y L V A

Non Lopus est tanti: modo sit gregis una columnas,  
Incidet in casses bestia crassa tuos.

Non desunt utres, animus nec ad ista profecto  
Pontifici tanto dignus abesse potest.

Sit licet attritum Latium per bella, luesq;  
Succreuit pubes Itala multa tamen.

Hæc cum magnanimis belli ductoribus ibit,  
Quos tibi, si queres, Ausonis ora dabit.

Euganeosq; patres, terraq; mariq; potentes,  
Pace prius facta, sub tua signa trahes.

Magna dabit sævi Germania robora Martis,  
Quæ generat pronos semper ad arma uiros.

Hoc etiam faciet florens Hispania, claris  
Militibus, quos hæc bellica mater alit.

Et cataphractorum tibi mittit Gallia turmas,  
Irarum fertur iam posuisse minas.

Arcubus extensis, opulenta Britannia, multos  
Sponte uiros, ad tam nobile mittet opus.

Proceris Phryssi iungent sua castra Bathauis,  
Belgarum ducet quos galeata cohors.

Scotus & arma feret: cum Cimbro Danus, & hii qui  
Ad mare concretum iugeræ rara colunt.

Hunnus & oppressus duce te sua tela resumet  
Inq; sui Regis iura redire uolet.

Accurrent fortis infracto corde Boemi,  
Et prope quæ gentes regna propinquat inient.

Non

## S I L V A

Non deerit bellax tibi Sarmata, trux & Alanus,  
In leuibus pugnans nec lituanus equis.

Hic iam cum Moscis toties, Dacisq; Scythisq;  
Cum Turcis etiam conseruere manus.

Isti nunc Regis Sigismundi iussa sequuntur,  
Quo nullum, qui te plus ueneretur: habes.

Nil aliud petit hic, nihil est quod crebrius optet  
Inter oues q; q; mens foret una tuas.

Quodq; sub unanimi consensu pectora Regum  
In crucis osores conciliata forent.

Hoc si perficies: nil pax remorabitur illum  
Turcica: rescindi, sit pia causa, potest.

In longum non est tempus confecta, priusq;  
Ibimus in Turcas, desinet illa prior.

Fac modo Christicola concordes arma capessant  
In Bizantinis bella gerantur agris.

Gentibus instructi sint terra, per freta: classe.  
Victum cum neruo sufficiente ferant.

Bosphorus in primis capiatur Thracius, & sic  
Hostibus occlusis impediatur iter.

Hoc non unius bellum præsumitur anni,  
Si debet iusta sedulitate geri.

Quod postq; fiet, Rex Sarmata pacta remittet,  
Sponteq; cum reliquis Regibus hostis erit.

Interea sed quum nihil in commune moueri  
Sentit, uult pacis conmoditate frui.

Sigismundus  
Iulus uonis  
nis primus  
Rex Pole  
nae sec.

Nec se

## S Y L V A

Nec se cum Regnis: quum nemo iuuare procurat,  
Perdere, solus enim ferre tot arma nequit.  
Nam licet a Turcis sit tutus, gens tamen illi  
Taurica cum sociis: nescia pacis: obest.  
Hæc uenit a tumidis toties Mæotidis undis:  
Et magno numero plurima damna facit.  
Et quamvis aliquando fera cum gente pacisci  
Cogitur, obseruat non tamen illa fidem.  
Hinc conductitio fines custode tuetur:  
Et turmas Equitum semper in ære fouet.  
Sic infestatur crebris incursibus: unde  
Tempora securæ pauca quietis habet.  
Nullius auxilium tamen unq; sensit: & hostes  
Numinis innumeros sæpe cecidit ope.  
Regibus hinc prestat multis: prudentia & annis  
Vsu quam longo tempora ferre solent.  
Indeq; præteritam: præuiderat ante ruinam:  
Et nisi succurras: iam grauiora: uidet.  
Quare per Christi tibi uiscera supplicat, orbi  
Ut modo languenti: pharmaca tuta, pares.  
Nec mora te tardet: iam limina possidet hostis:  
Si non obsistes, in penetrale ruet.  
Diuersas igitur mentes, odiisq; uicissim  
Flagrantes, certo pacis amore foue.  
Et reminiscaris: q; pacis amator: & auctor  
Te Deus in terras, hac ratione dedit.

Si quid

S Y L A

Si quid restat adhuc irarum: bella q; ista:

Tempora uel quod idem prisca dedere tibi.

Si quid Gallus adhuc contra prætendit Iberum,

Si quid in hos læsus forte Britannus habet.

Si quid inest aliis ueterisue , nouiue furoris,

Quo iacuit res, heu, publica pressa diu.

Tu pater in natos Clæmensq; piusq; , resolute,

Et sic concordes duc ad ouile tuum

Cæsar adest præsto, propere, quo iuss eris, ibit,

Ante tuos & ob id procidit ille pedes.

Hesperiamq; suam linquens, tratecit ad istam,

Vt ueniens faceret quæ tibi grata forent.

Hoc etiam reliqui facient ex ordine Reges,

Tu modo ne dubita, promere signa iube.

Cæsar is imperii sacra tempora cinge Corona,

Quod si fit, refert, hic uel in urbe, parum.

Tu tecum Romam, non te fert illa q; aiunt

Esseq; dicitur hæc, hic ubi Papa manet.

Acrior hinc fiet: Diadema te fretus, in hostes,

Quo debetur ei, Turca quod omne tenet.

Conatus adeo sanctos successibus auge,

Vt ceptum feruens aggrediatur opus.

Quod si perueniet Germanas sospes ad oras.

Nullus ibi, qui non sponte sequatur, erit.

Hostis ad Euphratis fugiet procul hostia magni,

Cum Græcis rursum Thrax sacra nostra colet.

Si teo

## S Y L V A

Si tecum retro Tyberis transibit ad undas,  
Hinc & ad Hispanos per mare carpet iter.  
Hostis ad Eridanum furiosa mente feretur,  
Et sua firmabit, forsitan in Urbe sacra,  
Hæc prohibere potes, dum tempus, & integra res est  
Vix unq posthac copia talis erit.  
Hoc etiam quum iam cognoscas inclyte Cæsar  
Ut bene perpendas, te tua iura monent.  
Incultis igitur numeris innixa, seorsum  
Ad te contendit flens Elegia loqui  
Da ueniam, durum est feruente dolore tacere,  
Afflicto cordi quem bona causa facit.  
Vera loquar, ter namq tua uersatus in aula,  
Nunc hic, Sarmatico missus ab orbe, uagor.  
Per mare, per terras, a Gadibus actus ad Eurum,  
Te comitatus ad hoc sum procul usq solum.  
Hic ubi sublimi populosa Bononia turri,  
Iuncta suo Rheno, tollit ad astra caput.  
Venimus huc, & iam bis cursum luna peregit,  
In Turcas sed adhuc nulla statuta liqueat.  
Et quamuis iusto premitur Florentia bello:  
Non minus in Turcas res ea digna foret.  
Austriacis nuper dum grassarentur in oris,  
Multæ ferebantur, quæ modo muta, silent.  
Ex te q subito natus calor iste refrixit:  
Effectus causa deficiente, docet.

Non tamen ergo puta cæsos, uel forte fugatos:  
 Dicuntur subito q; retulisse pedem.  
 Et q; quassatam propere liquere Viennam,  
 Innumeros quæ tot pertulit ista globos.  
 O utinam non sit quod opinor, Vere redibunt,  
 Hic redditus magni causa timoris erit.  
 Spera q; primum sua frigora Bruma remittet  
 Quumq; suum queret, Daulias ales Itim  
 Mox ex hybernis, quo concessere reuersi:  
 Reliquias alia commoditate petent.  
 Iam didicere, prius quod forsitan defuit illis:  
 Concita quid nostri militis arma ualent.  
 Et quibus illa modis tractent, illisq; fruuntur:  
 Ordine quo pedites in statione manent.  
 Impete quoq; solent extra procurrere uallum:  
 Et qua defendunt, mœnia fracta, manu.  
 Quid ueles possit, quid eques grauis arma ferendo  
 Quo ue struant acies, infidiasue modo.  
 Haec quum iam noscant, ex omni parte cauebunt  
 Aptius ad pugnam seq; parare scient.  
 Nascitur ex usu rerum prudentia maior  
 Non pallet uisis nauta probatus, aquis.  
 Nec metuit Vulpes, que uidit saepe Leonem:  
 Ad notosq; canes non timet ire Lupus.  
 Præsertim quos affecit formidine quondam  
 In tales uersus plus feritatis habet.

## S Y L V A

Quam tuus impigre miles de ceterit hostem  
Libera iam tandem facta Vienna probat  
Intrepidi quicunq; uiri pro mœnibus illis  
Stabant, sunt omni laudis honore pares.  
Non tamen hostilis uis inde repressa te pescit:  
Sed uereor ne sit forsitan aucta magis.  
Abduxere tuos populos a finibus Aeni,  
Qua magis alpinas respicit ille niues.  
His coniunxerunt habitantes undiq; pagos  
Austriacos, quos mox igne cremasse ferunt  
Hunniacas & opes multa cum gente tulerunt,  
Pro qua uis auri plurima cædet eis  
Sic dites spoliis redierunt nuper optimis:  
Thracus hinc in nos scutor Isthmus erit.  
Si pro Vere nouo, quod opinor forte redibunt.  
Maior erit numerus q; fuit iste prior.  
Aduentent magna præde dulcedine capti:  
Ex Asie uastis, ex Libyæq; iugis.  
Iam sibi promittunt Europæ totius orbem,  
Quem nisi defendas, quod petiere ferent.  
Interea quo ceperunt Taururica castra  
Et quo phœbæam corripuere Rhodum.  
Non poteras aliis bellis intentus adesse,  
Quum te uicinus traxit ad arma furor.  
Is pacem tandem sopus, fecit, & hostes  
Fœdus amicitiae iussit imire tue.

Hæc

## S Y L A

Hæc pax te Lacias properantem duxit ad urbes

Ad quam iampridem mens tibi prona fuit.

Vtq; tuos faceres inimicos rursus amicos,

Nil non tentasti quod rationis erat.

Hoc quum successit, nec te vicina morentur

Bella magis, quæ sunt iam potiora, uide.

Turcarum rabies quo tandem, prospice, tendat

Quæ sic quotidianus crescit, & aucta uiget.

Quam sit in angustis hic nunc perpendito rebus,

Quem tibi germanum fecit uterq; parens

Huic nisi succurras, per te neglecta peribit

Austria, qua generis crevit origo tui.

Latius hocq; malum serpet, uix Rhenus id ipsum

Sistet, uel rapidis Albula priscus aquis.

Hæc ne proueniant, o Cæsar cum patre sancto,

Prouideas, spectant uos, mala nostra, duos.

Componas laceras modo temporis huius habenas,

Contineasq; tua, lora remissa manu.

Suscipe quod Diadema tibi debetur, & Vrbem

Ne cures, Vrbs est Felsina clara satis.

Rex quum Romanus non uisa diceris esse,

Roma, cur non sic Cæsar & esse potes.

Te modo fac propere Germanas confer ad oras,

Hostibus ut possis arma mouere Crucis.

Nam tua res agitur, domus ardet propria, quam si

Liqueris ardenter, quid nisi puluis erit.

Ferd. Vno.  
& Bce Rex

S Y L V A

Toke moras igitur, nec enim sine numine Diuum  
In Latium ductus, tempus ad istud ades.  
Te Deus æternus teneris protexit ab annis  
Inq; tuos hostes prævia signa tulit.  
Et pro te pugnans, te fecit in orbe Monarcham:  
Imperiis dedit, sceptra chorusca, tibi.  
Quod, præter reliquias uirtutes quas geris, ingens  
Promeruit sanctæ religionis Amor.  
Victrices Aquilas Christo duce profer in hostes  
Ille tuis ceptis, uela secunda, dabit.  
Nec deerit Clæmens, qui te quo cœpit amore,  
Prosequitur patrio, cuius id acta docent.  
Clarius hoc etiam doctrina, iuuabit euntēs:  
Aere sacro, fusa perq; facella prece,  
Accendent alii Reges tibi sanguine iuncti  
Et iunctos quos ex fœdere nuper habes.  
Fœdera sed toties infecta, resectaq; rursum  
Metterent, nec enim suspitione carent.  
In miserum sumus impacti, quod utiuimus æuam  
In quo rara Avis est, inuiolata fides.  
Tu tamen in superos, qui spem non ponis inanem.  
Vtere propositi dexteritate tui.  
Scis quibus ante modis, desertis sit tibi pactis  
Impositum simili cautus ab arte caue.  
Sunt consultores tibi, per quos omnia tractas:  
Magna præstantes integritate uiri.

Horum

# S Y L V A

Horum consilio. si quis latet Anguis in herba:

Retia uel fuerint si tibi structa, scies.

Quicquid id est, superi quum te cepere regendum  
Insidiis poterit nemo nocere tibi.

His Ducibus, contra te nulla ualebit aperta  
Hostilis feritas: sed tibi terga dabit.

Non te detineat q̄ Iberia tam procul absit:  
Quodq; tuum redditum, uota per ampla, petat.

Te poterit leuius nunc, q̄ prius illa carcere:  
Quum natos habeat, pignora chara, duos.

Hos Deus ergo tibi uiridi concessit in æuo:  
Ut per te rabidi frangeret ora Lupi.

Te, nostris lachrymis tandem permotus, adegit  
Traitcere indomiti per uada salsa freti.

Hæc tibi de summo mens indita uenit Olympos;  
Vnde nihil frustra pectora nostra subit.

Hinc ita firmatus recutitos ibis in hostes,  
In multis statues, clara trophyæ locis.

I decus, i nostri spes orbis maxime Cæsar  
Quo tempus, quo res, & pia fata uocant.

Per te uult orbi Deus altam reddere pacem:  
Quæ iacuit per tot bella sepulta diu.

Per te uult animos fessos firmare suorum  
Funditus ut pereat gens inimica Crucis.

Tu propere q̄ cepisti, iam pectore toto  
Perfice, protectus numinis ibis ope.

In Turcas  
adhortacio

S Y L V I

Maiores agnosce tuos, clarosq; triumphos

Quos atauri quondam premeruere tui.

Experiare tuam fausto sub fidere sortem:

Quae te uictorem saepe probata facit.

Et faciet, ceptis ne desis ipse secundis,

Sub Iouis alitibus, castra tremenda moue.

Te felix fortuna comes, uirtusq; sequentur,

Orbis & imperium, sub tua iura dabunt.

Non monitoris eges, nec opus currentibus esse

Fertur equis stimulo, tu tibi calcar eris.

Ibis ad hostiles, Thracum per iugera terras,

Et Syria capies, Regna uictuta sacrae.

Vnde triumphali te nunc Elegeia curru

Aspiciens, sparsas colliget arte comias.

Et pede coniuncto Sophocleum naeta cothurnum:

Grandiloquis referet tot tua gesta modis.

Hos modo praecepites numeros ne sperne, q; atrum

Squalorem uultus temporis huius habent.

Sarmata uel Latios q; perstrepit inter olores:

Sub gelido, natus, qua riget ursa, polo.

Hic ubi Sarmaticum uagus istula, fertur in aequor

Et tuta portum cum statione beat.

Nostrarum facies rerum miseranda coegit:

Ex tristi faciles pectore uersiculos.

Vtq; fluunt subito feruore, feruntur ab ore

In calatum, neruo uix retinente pedes.

Non sumus

## S Y L V A

Non sunt in nonum, fieri quod debuit, annum

Pressi nec cura cum cum grauiore diti.

Hoc fit uicturis numeris, quos anxia, multo

Cum studio, uatum sollicitudo premit.

Hii nostri modo conflati, cito claustra relinquunt,

Et leuibus pennis in sua fata uolant.

Tempora noscantur gestis cum rebus in illis:

Et moueant animos, tot mala nostra pios.

Et quod per Turcas Regi cecidere Polono,

Hunnorum reges, patruus atque nepos.

Quodque per incursus ex omni parte coactus

Cum Turcis fœdus pacis mire fuit.

Hoc mihi si dederint properantes dicere Musæ:

Non est cur illas plus superesse uelim.

Summa Medusa et non ambio culmina montis

Vngula quæ tetigit Bellorophontis equi.

Aontos Latices, quibus est sitis alta: requirant

Me leuis in ualles quæ fluit unda iuuat.

**IOANNIS**

SECUNDI HAGIENSIS, DE

Pace dudum Cameraci confecta,  
Carmina.

**PACI REDVCI.**

**E**n rata magnanimo cum Cæsare fœdera Gallo  
En per fœmineas fœdera pacta manus.  
Dicite iō, iuvenes & iō bis dicite cani,  
Et pellat curas fœmina uirq; graues.  
**I** procul obscuras Mars ferreæ Ditis ad umbras,  
Aufer & hinc furias sedittose tuas.  
Te Bellona ferox teq; hinc Discordia demens  
Proripe, & accensis ira superba genis.  
Prodit ab astrifero longe gratissima cœlo,  
Laureola placidas PAX redimita comas.  
**A**ltera cæruleæ ramum prætendit oliuæ  
Effundit fruges altera larga manus.  
**S**unt comites superos quæ quondam istrea petiuit  
Impia sanguinei bella perosa Dei.

Quamq;

Quamq; licet iuste germanam dicere Diue  
Ah nimis arcani prodiga diua sut.  
Incorrupta Fides niueo circundata panno,  
Et uos Pierii turba nouena chori.  
Quas inter medius radianti uertice Phœbus,  
Increpat argutæ fila sonora lyræ.  
Hos procul à tergo gressu titubante sequutus,  
Mercurio cœcus cum duce Plutus adeſt.  
Ergo age Pauperies cunctorum causa malorum,  
Quæ patrare tubes, omnia quæq; pati.  
Et suadens mala cuncta, fames, ſpinosaq; Cura,  
Luctusq; & tenebris Mors fera cincta nigris.  
Ite per extremas gentes, atq; ite per undas,  
Nulla ubi q; rabidis ſint loca trita feris  
At uos in falces gladii nunc ite recuruas.  
Atq; aciem in flauas uertite frugis opes.  
Quiq; prius rigidas clypeus decuſſerat bastaſ,  
Nunc habilis paleas uentilet ille leues.  
Et modo quæ preſſit fugientia lancea terga,  
Scindito frugiferam uomer aduncus humum.  
Quæq; modo hostili tepefacta cruore sagitta eſt  
Missa procul trepidas terreat illa feras.  
Vos qui bella prius Iuuenes ætate uirentes  
Geſtis cruda, ſanguinolenta manu.  
Pro dura galea roſeis ornate corollis  
Tempora, pro lituis ſuante ſiſtra manu.

Signentur memori fælicia tempora uersu;

Tempora solennes inter habenda dies.

Lux f mula : fœ lix Aug ust i quinta ref ul s 18,

2529. Prod ii et pop ulis PA X bona longa t ulis.

DE CAROLI. V. IMP.  
Coronatione.

A Deste magni progenies Louis  
Musæ, potenti carmina Cæsari  
Cantate quæ fides priorum  
Hactenus haud tetigere uatum.

Quæixa rursum quæ moueant feras,  
Aqua sq; fistant blanda uolubiles,  
Quæ mulceant aures concentu,  
Omnium ubiq; hominum suauit.

Gaudete Ciues, plaudite plaudite,  
Gaudete quotquot terra tenet bonos,  
Curasq; tristes atq; acerbos  
Pellite pectoribus dolores.

Sumpsit sacrato debita uertice  
Post tot moras tandem diadema  
Ille optimusq; Maximusq;  
Ille uagum domiturus orbem.

Erros

Erro? an ne uati talia feruido  
Sagax futuri Cynthius indicat  
Quæcunq; suggestis precamur  
Ut fatis rata sint Apollo.

Et noscat ortus, noscat & occidens  
Vnum potentem Cæsara Carolum,  
Quo mitius clementiusq;  
Nil dedéruntue, dabuntue sæcla.

Non si recurrent tempora quæ Louis  
Ferunt parentem falciferum senem  
Rexisse, cum fides sororq;  
Iusta pio superesset orbi.

Ergo querelas ponite lugubres,  
Ergo repositum promite cecubum,  
Hæc hæc dies hæc est triumphis  
Hæc rutilis decoranda flammis.

### DYSTICHON.

Carolus ante t uas se xto Grad iue Calendas  
Debita sa crata cepit Diade mata fronte.

1530.

# ANG. ANDREAS DREÆ RESENDII LVS.

tani, Encomium urbis & aca-

demic Louani-

ensis.

## ANG. ANDREAS RESEN.

dius, Conrado Goclenio, viro vno-

diquaq; doctiss. S.

**A**D populum phaleras, tu dictionis com-  
pagem & neruos, intus & in cute nouisti  
Libellum igitur, si malus est, non laudo, mitto  
tamen ad te scholæ nostræ trium linguarū prin-  
ceps & ornamentum, quem hisce diebus octo  
lectionum intercapedine quasi composui. Nam  
quum nil agere non possem, quo animo sum,  
mœnia Louanij semel atq; iterum circumneunti  
capior nanq; solitudine, hæc carmina qualia-  
cunq; sunt ceciderunt, encomium urbis vestræ  
Quæris quid velim? ut, si vacat, ad hæc minu-  
tula

ula deicendas, & euellas, destruas, disperdas,  
& dissipes, ædifices, & plantes, vt dictum est  
illi. Si carmina probabis, hoc ipso efficient ut  
Hierem. v. 6  
te citra fastidium legantur. Sin minus quo-  
niam encomij nostri tu quoq; bona pars es, iu-  
re meo fecero, si hoc a te exigam, vt vel cum fa-  
stidio legas. Si nec id donare vis, at certe iuu-  
ibus tuis qui dñgitis calleant & aure, syllabam  
si qua fefellit, quin pungere liceat, negare non  
debes, & lituris castigatum remittere libellum,  
vt posthac acerba & inulta carmina di-  
scant domi contineri, & donec plu-  
teum cædant non exce-  
dere, Vale.

Louanijs. XVII. Calend. Octob,

M. D.

xxix.

5  
**A**ttica dum staret uitrus & Cecropis arces  
Incoleret Pallas, titulo memorabilis ipso  
Hellas, & una magis studiorum nomine terris  
Se tactans reliquis, ea quos non ipsa tulisset  
Barbare infameis uocitare solebat, & oris  
Scabritiem obticiens cunctis, sibi sola placebat.  
Sed postquam doctis Latium successit Athenis,

Et,

Et, quam prima. 3, emigrans loque  
Artis inops docuit Rutulos carmenta, Latinam  
Hora. in ar Pauperiem ciuis Rudiarum, & censor honesti,  
ie. Quālin. gua Catonis Carmine quisq; suo ditarunt, barbara quondam  
& Enni. Et uulgi pars Roma, parem sermonis adeptā  
Palmam, in consortes uitii iam deniq; culta  
Reiecit crimen. Tandem deuictus ut orbis  
Imperium Romæ subiit, prouincia linguam  
Quæq; suam oblita, ad Latii decus oris hiabat.  
Hinc mea Lucanum, Senecas, uatemq; Salonis,  
Edidit Hesperia, Aeneadum quiq; arma cothurno  
Personat altiloquo, magnum dum pōnē Maronem  
Æmulus insequitur, linguae Fabiumq; I. tinae  
Grande decus, multum quem nobis inuidet olim  
Roma uirum. & reliquos quorum quoq; notior ipsa  
Quam dici fama indigeat. Clarumq; Terenti  
Nomine nomē habet Libyæ. Varrone Atacino,  
Ausonioq; suo celebrem nec Gallia tantum  
Se putat, Oenotrios quim & græca urbe magistra,  
L.c. in. 3 (Vrbe fide clara. durus cui præmia longæ  
Cæsar amicitiae longe meliora referre  
Strab. lib. 4. Debuerat,) missos ad se docuisse colonos  
Commemorat. Rheno deerat quem opponere posset  
Exprobratrici Italæ. Germania nanque  
Romanorum armis non tam mollita, superbum  
Excussit ceruice iugum sæpe. exq; professo  
Hostis, Romanum usq; adeo nomenq; genusq;  
Oderat

Follio 1 ff.

Si quis est et non videt, non videt quod videt. Et si videt  
Et non videt, non videt quod videt. Non videt et non videt  
Per hanc. Quia et non videt, non videt. Non videt et non videt  
Tunc per videt. Nec lumen videt. Arbutus  
Et videt et non videt. Non videt et non videt  
Non videt et non videt. Pocula, misericordia  
Videt et non videt. Videlicet videt et non videt  
Videt et non videt. Cum gratia priore  
Poterit videt. Quia presenti aqua triumpho  
Videt et non videt. Veteris cere et olim.  
Contingit non videt, inquit quod gratia facili  
tum perficit. Quoniam quia tunc mortale palato  
Et penitus factio fuerit, uenerando sacerdos  
Pocula et euferum interpres fiducie se cui non  
Gaudet anima istam sapientiam verba e Latino  
Sive dico. Sapientia cuius dicenda sonat,  
Hoc et ueritas dicendum comitamus domum.  
Quia Ciceronis opus, seu carmina die Maronis  
In carmine nomen Ciceronis, nomen id inuenimus  
E narrare vult. Ciceronem solumq; Maronius  
Audit utrumq; etenim sic exprimit ipse, postea  
Ciceronem oritur q; illis ut uterque uidetur  
Alius est Pothos, dominans aff. libis ore  
Sicut Ciceronem exprimit libens lecches.  
Hinc ille pater pionierum metuens, capaces  
et uite et nobis uiderem modicem diuinis superbi  
Ante actus impetrare ergo puriora ostendere apollo

Reficiens

Et quia primus erit qui regnare quiescat  
Prestis deinceps docuit et solus certe non dicitur  
Hoc in hac Pauperiorum civitatis iustitia non est nisi bene  
et Quod sit. Carnime quisque suo dicitur, barbaq. genitrix  
qua Cruxq. de Ros. Et talig pars Roma pars fermea dicitur.  
Palesq. m. confortes uitiumq. deinceps culta  
Recepit crimen. Tandem deindeq. ut nobis  
Imperium Rome subiit, provincia languans  
Quae p. suam oblitus, ad Latum dicis oris insulam.  
Hinc mea Lucanus, Seneca auctoritate Salvia.  
Ediat Hesperis, et studiis quis, non e nocturno  
Personat altis quo magnam ducit post Mercurium  
Emulus insecurus, Iugurz Febiamq. et sine  
Grande decus, pudens quem nobis mutat olim  
Roma virum. Sed religiosos querum quoq. notior ipsa  
Quon dici fanis indigit. Claramq. Terentii  
Nomine nomē habet Libyc. Varrone Atacis,  
Ausonioq; suo celebrem nec Gallia tantum  
Se putat, Oenotrius quin & grata nube magistris  
**LXXX.** (Urbe fide clara, diu usq; præmia longa  
Cæsar amicitie longe meliora repperit  
**Sixtab. III.** Debuerat, missos ad se docuisse colonos  
Commemorat, Rheno debet quatuorponere polles  
Exprobavitq; Italiaq; Germania nemus  
Romanorum armis nos tam multa, et quædam  
Excussum cervice iugum separare, exq; projecito  
Hostis, Romanum usq; ad o noncinq. genitrix

Odeas

Musarum emportum, quaqua Germania ab Istro  
Cluditur ad Rhenum, uel quæ se Belgica tendit  
Per latus Oceani, quoad iungi Sequana Celtis  
Diuisor prohibet. Nec iam concedet Achæis  
Gymnasiis, Latiiue, nisi quia tempore in illo  
Non erat. at quamuis Phœbo, musaq; recenti  
Nupera sit. tamen assequitur uirtute: quod annis  
Iunior etati tribuit, dum grata priori  
Posteritas potius quam præsenti & qua triumpho  
Mirari ueteres gaudet. Veterascere & olim  
Continget nostris, merit quoq; gratia factis  
Iam priscis. Quanquam quis tam moriente palato  
Et penitus fatuo fuerit, uenerande sacerdos  
Phœbi, & musarum interpres fidissime cui non  
Gocleni ambrosiam sapiant tua uerba & Latino  
Siue tono, Samio ue cupis dicenda sonare,  
Illo te Charites dulcem comitantur alumnum.  
Seu Ciceronis opus, seu carmina dia Maronis  
Enarras, nemo Ciceronem, nemo Maronem  
Enarrare putat, Ciceronem ipsuniq; Maronem  
Audit. utrumq; etenim sic exprimis ipse, poëta  
Clarus, & orator. possis ut uterque uideri.  
Stc cum Pasithea, dominans affectibus ore  
Suada medulla tuo insedit. blandiq; lepores.  
Hinc si te pubes stimulant matora, cupisq;  
Gratæ Thesspiados monteri, cliuiq; superbi  
Anfractus superare graueis, adeuidus Apollo

c Rescius

Rescius ille tibi est, quo consultore quid unquam  
Non bene uerterunt diui? quid quæso fecellit?  
Quæ tibi non spondes græcæ penitissima linguae?  
Nunc age te Solymæ capiunt oracula uatum  
Gentis? & à prima nascentis origine mundi  
Vis ueri responsa Dei? legemq; Dracone  
Contempto, ex ipso demissam quæris olympos?  
Campensis tibi ductor adest, qui guttura fornici,  
Terrentesq; sonos Latiam stribligime musam  
Insuet. & q; domet linguae dumeta. Sed unum  
Qui uariare uices, modoq; hoc proferre, modo illo  
Ore sciat, grataq; leuet nouitate laborem  
Phœbo addicta cohors uelles? triplici ore sonabit  
Nicoleos meus ille tibi Clenardus, & unus  
Nunc Pallatini ducet per uuminis aras,

Et formidatas, ut nil uereare, columnas.

Horat. in ar.  
Non dij, non Nunc Aganippæas, ac per Pipleidas undas.  
homines, non concessere co Et, si forte uelis, iuga per Stonia.ad altam  
luminae

Vraniam raperis? te præstantissima patrum  
Suscipiet schola multorum, qui tr amite certo  
Inconcussa Dei referent mysteria, quorum  
Nomina si quis auet me carmine pandere, montes  
Expedi. im citius, fluuios, fontesq; lacusq;  
Quotq; habuit populos olim Germania. causses  
Vis agere? & ciueis concordi pace tenere?  
Iuraq; Pontificum? ueneranda caterua senatus  
Cæsarei, sacriq; sinus tibi pandet apertos.

Ne long

Ne longum factum, poteris concludere totam  
Encyclopædiā. talem Louania præbet  
Sese mūs recens, talem Florentius ille  
Quam iam iam triplici instaret circunnatus orbe  
astigatus apex, coluit Hadrianus, honore  
Quo, nimium dilecta deis academia, dum sol  
Aureus ornabit cœlum terrasq; iacentieis,  
Semper erit celebris. Circum nunc affice pubes  
Urbs quota quo sophiae populis alimenta ministrat.  
Hanc Menapi Rheno uicini, hanc Cimbrica pubes  
Quæ leti horrorem bello casura leuabat  
Carmine, & hanc flauum soliti torquere Sycambri  
Crinen adeunt. olim late dominatus Eburo.  
Et famæ Treuir maioris, quosq; mouebant  
Classica, & in Martem & auco crepitantia cantu  
Cornua, fleuigenæ bifido concluso Bathaui  
Gens Rheno. atq; uagis complexi Tethyos undis  
Arctoæ Morini uenient, frugalis & olim  
Neruius & luxus contemptor, Centrones unde  
Quicq; olim Dryidae fuerant crudelibus aris  
Cædeq; Mercurium humana, taboq; Gradiuum  
Fædantes, & quicquid agunt dī scire professi  
Carminibus, fibrisq; illo sed tempore cæca  
Plebs posita feritate modo sortita benignum  
Atq; antnum comem, cœli uenerabile numen  
Mente colit placida. longis hastilibus Axon.  
Gentium & heic quicquid prospectans ora triones

Condit, ad hanc iuuenes facto uelut agmine mittit.  
Eia age cede deis, quo te Louania pubes  
Fata uocant propera, contendere per æquora remis,  
Excute barbariem omnino, te sentiat orbis  
Italus æqualem, Tuq; ò sancta ingeniorum  
Cultrix, atq; parens, currentibus adiice calcar  
Italia, impatiensq; paris quo prima futuris  
Sis quoq; temporibus uigila, retineq; fugaces  
Musas, Germani alicite, allectasq; fouete.  
Nam uelut infantes capiunt munuscula, et eius  
Insidunt gremio, teneros qui mollius artus  
Blanditiisq; fouet maioribus, osculaq; ultro  
Pendentes collo admittunt, sic pulcher Apollo,  
Sic Bromius, nymphæq; sacræ Libethribos undæ  
Custodes, gaudent amplexibus, atq; frequenti  
Augentur studio, facilesq; et sponte sequuntur  
Quà deducantur. consultum deniq; rebus  
Humanis fuerit, tunc quum certabitur hocce  
In stadio cui nam concedant numima palmam.

Finis.